

et altare sancti Ioannis et Petri, primo quod erat vile multum altare et voluit cadere scilicet testudo, et etiam, quia civibus et mihi ad utilitatem non ponebatur et multotiens petieram consules et proconsules, quod recuperarent. Responderunt, quod non curarent, quia esset capella mea, et quod renovarem secundum voluntatem meam. Et steterat ante me sedecim annos et quinque in tempore meae possessionis, ita quod nullus audebat ibidem missam celebrare. Sed cum vidi, quod civitas nullum subsidium mihi impendebat, accessi ad eos et petivi, quod subsidio^a propter Deum et cum consensu episcopi et illorum vellem frangere testudinem et altare et recuperare illud per episcopum et consecrare. Responderunt, quod^b nullum subsidium darent, sed quod vellent Deo et sancto Benedicto tot ligna dare, unde fierent tegulae et tigni. Et quod ego facerem construere et recuperare et consecrare secundum placitum meum, quia ipsi non curarent. Et tunc ivi ad suffraganeum episcopi Coloniensis¹ et concordavi cum eo, quicquid facerem frangere, quod illud facerem consecrare; et dedit mihi licentiam, quod egomet deposui primum lapidem de altari et commisit mihi reliquias in altari principaliter ad^c custodiendum et commisit mihi lapides de altari et^d alios lapides ad custodiendum. Et tunc ivi cum presbiteris et laicis et pulsantibus campanis et thuribulo et candelis et religionibus^e et stola super testudinem ad altare cum populis^e et cum magna devotione, et tetigi primum lapidem cum ferro, et invenimus in altari scrinium plumbeum sigillatum sigillo episcopi plenum reliquiis. Et laici fregerunt ulterius altare et alia cum iussu meo, et sic feci frangere et consecrare et recuperare, ita quod consules et proconsules nullum subsidium ad hoc mihi impendebant de bonis civitatis, sed de propriis meis bonis.

Istud scitur, quod rector capellae habet eandem capellam et altaria in libera possessione.

Item feci altare aedificare de novis lapidibus, et suffraganeus praedictus consecravit altare et capellam anno 1380 in octava Pentecostes, et illud scrinium praedictum cum reli-

1380
Mai 20.

a) C 'subsidium'. b) C 'Responderuntque'. c) C 'ad' fehlt. d) B 'et' fehlt.
e) So ABC.

quod voluit cadere. Cum ego audivi, quod ipsi noluerunt illud recuperare, tunc ego cum voluntate eorum feci illud frangere et edificare et consecrare propriis expensis et de elemosinis aliorum bonorum hominum et totam capellam renovare et tegere eam feci Cum iam ita bene paravi, vertunt primum verbum et dicunt, quod non sit mea capella; et primo, cum iacebat in luto, dicebant, quod esset mea, quod non intritterent se de ea 1) Damit scheint Everhard von Westerheim, Bischof von Sebast i. p. gemeint zu sein. Vgl. Mering, Die hohen Würdenträger der Erzdiözese Köln S. 47 f.